Catelio

I. Catelio. (52.

Nequeo non varie suspicari, Catelli amplissime, de nimis quam longo isto silentio, quo me praeter morem et amorem ambiguum tenes. Quas Martio ad te dedi, Satyram habuerunt comitem, caeteris nimirum nostris assuendam. Ab eo tempore quid illud est, quot literam a te non viderim? Obsecro nunc, et serio rogo, ut si amplius per publica commoda non licet, saltem certiorem facias, ecquid bonâ fide traditae fuerunt illae, quas cum responso hactenus dignatus non fueris, non diffitebor in suspiciarem nobis offensae incidisse, a quâ certè alienissimum usque animum habuisse me testor ~~hum~~ omnem humanitatem atque fidem. Vale et me ama. Raptim 8. Maij Londini 1622.

C. Hugenius.

I. Catelio. (53)

Catelio.

Quid si autem Antverpiensis ille sculptor non desinat morarum unquam, quid censes de Tempe nostris ac Satyrâ statuendum, Amplissime Catelli? nempè ut lucem nisi exoleta non videant? absit sane, et nisi quid secus te moveat, vel unius Matris gratiâ (quae partus hosce cum muliebri tum materno affectu id est bis avidè expectat) unum aut alterum exemplar ~~Hy~~ Hagam dimittatur. Vides anni tempestatem, et quam illa praeter caeteras his lusibus apta; itaque si commodum est, quaeso ne saltem domus nostra longiori morâ detineatur. Solet expectatio mirificas opiniones de rebus diu negatis inserere. Idem ne hîc accidat, tua, si placet, cura erit, qui potissimum nosti quam illud damno ~~et~~ ac pudori nostro cessurum sit. Vale Vir Clarissime, et statim ubi in Hollandiam redierimus (quod intra mensem non ausim polliceri) caetera nostra fac Typographi expectent, quandoquidem ita carum habituri videmini, benigni rerum nostrarum aestimatores. Londini. 28. Julii 1622.

C. Hugenius.

Al Resid.te Suriano.

Ill.mo S.r mio. S.r Oss.mo (54)

Ho ricevuto con quel rispetto che si deve a' favore di V. S. Ill.ma la lettere che le ha piacciuto mandarmi per occasione del S.r Angelo Trin, tanto rallegrandomi d'una banda della confidenza

ch'ella